

25TH LATIN SUMMER SCHOOL

14th-18th JANUARY 2019

Eastern Avenue Building, University of Sydney

LEVEL

Instructor:



EPIGRAMMATA MARTIALIA

- 1) exigis ut nostros donem tibi, Tuca, libellos.
non faciam, nam vis vendere, non legere.

exigis ut donem tibi nostros libellos, Tuca. non faciam: nam vis (eos) vendere, non (eos) legere.

- 2) dicis amore tui bellas ardere puellas,
qui faciam sub aquā, Sexte, natantis habes.

dicis bellas puellas ardere amore tui, Sexte, qui habes faciem natantis sub aquā.

amore tui: 'for love of you'

bellas...ardere... puellas: acc. + inf. after *dicis* 'that girls burn'

faciem natantis: 'the face (of someone)swimming'

- 3) languebam: sed tu comitatus protinus ad me
venisti centum, Symmache, discipulis.
centum me tetigere manus Aquilone gelatae;
non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

languebam, sed tu ad me protinus venisti comitatus centum discipulis, Symmache, centum manus gelatae Aquilone me tetigere, non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

comitatus: accompanied by (*comito*) + abl.

manus: hands (nom. plu.)

- 4) heredem tibi me, Catulle, dicis.
non credam, nisi legero, Catulle.

Translate in this order

dicis me (esse) heredem tibi, non credam nisi legero, Catulle.

heredem: heir acc. + inf. with *esse* understood after *dicis*

legero=I will have read (future perfect)

- 5) 'Thaida Quintus amat' 'quam Thaida?' 'Thaida luscam'
unum oculum Thais non habet, ille duos.

Translate in this order

Quintus amat Thaida. quam Thaida? luscam Thaida. Thais non habet unum oculum, ille (non habet) duos.

Thaida: a Greek 3rd declension accusative

quam?: an interrogative pronoun, the fem. sing. of *quis?*

METRE: The first three of these epigrams are in the form of elegaic couplets, consisting of a hexameter;

- ∪ ∪ / - ∪ ∪ / - // ∪ ∪ / - ∪ ∪ / - ∪ ∪ / - ∪
- - / - - / - // - / - - / - ∪ ∪ / - ∪

followed by a pentameter:

- u u / - u u / - // - u u / - u u / -
- - / - - / - // - u u / - u u / -

The fourth is in hendecasyllables;

- - - - u u - - u u - -
- u - - - -
u -

exigis ut nostros donem tibi, Tucca, libellos.

non faciam, nam vis vendere, non legere.

dicis amore tui bellas ardere puellas,

qui faciam sub aquā, Sexte, natantis habes.

langueram: sed tu comitatus protinus ad me

venisti centum, Symmache, discipulis.

centum me tetigere manus Aquilone gelatæ;

non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

heredem tibi me, Catulle, dicis,

non credam, nisi legero, Catulle.

‘Thaida Quintus amat’ ‘quam Thaida?’ ‘Thaida luscam’

unum oculum Thais non habet, ille duos. e

e **Beatricis Figuli**
HISTORIĀ DE PETRO CUNICULO

Petrus magno silentio ab ferculo cum rotā descendit, et currere quam celerrime secundum ambulacrum directum incepit post aliquos frutices cum uvis passis nigris. Dominus McGregor eum ad angulum conspexit, sed id Petro nihil erat. Sub portam aufugit, et erat incolumis tandem in silvā extra hortum.

Dominus McGregor vestimentum parvum et calceamenta suspendit formidinis causā quae merulas terreret.

Petrus neque finem currendi fecit neque respexit dum domum ad magnam abietem pervenit.

Erat tam defessus ut iaceret in arenā molli et suavi in solo cavi cuniculi et suos oculos occlusit. Mater eius diligenter coquebat; mirata est ubi vestimenta reliquisset. Erat secundum vestimentum parvum et paria calcamentorum quae Petrus quindecim diebus amiserat.

Me pudet dicere Petrum non valde valuisse per vesperum. Mater eum lecticulo imposuit et theam camomilem fecit, et potionem eius Petro dedit!

“Unum cochlear plenum sorbendum nocte antequam dormiveris”

Sed Flopsa, Mopsa, Cauda Lineaque panem et lactem et rubos cenae ederunt.

Beatricis Figuli	understand <i>Beatricis (Filiae) Figuli</i> ‘of Beatrix (daughter) of the Potter’
ferculo cum rotā	‘wheelbarrow’
currere	is the object of <i>incepit</i> , ‘began, in the next line
quam celerrime	‘as quickly as possibly’
secundum	here means ‘along’
frutices cum uvis passis nigris	‘black-currant bushes’
quae merulas terreret	<i>quae</i> refers to <i>formidinis</i> and expresses purpose ‘to frighten the blackbirds’
finem currendi fecit	lit. ‘made and end to running’. <i>Currendi</i> is the gerund of <i>curro</i>
dum	here means ‘until’
tam defessus ut	‘so tired that’
mirata est	here ‘she wondered’ rather than ‘she was amazed’
paria	plural of <i>par</i> ‘a pair’
quindecim diebus	abl. expressing time within which
Me pudet	‘I am ashamed’. <i>Me paenitet</i> ‘I am sorry’ would have been better.
Petrum...valuisse	accus.+inf. after <i>dicere</i> ‘...that Peter did not get better’
theam camomilem	‘chamomile tea’
sorbendum	‘to be drunk’, gerund of <i>sorbeo</i>
nocte	abl. showing time when, ‘at night’
antequam domiveris	<i>dormiveris</i> is future perfect of <i>dormio</i> ‘before you will have gone to sleep’
cenae	dat. of <i>cena</i> ‘for dinner’

ROMULUS ET REMUS

(from Vellacott’s *Ordinary Latin* and Livy *Book One*)

(7) Amulius et Numitor duo sunt fratres. Urbs eorum nomine Alba est. Est urbs Alba prope Tiberim flumen. Amulius gentis rex est, et fratrem Numitorem timet. Amulius filios nullos habet: Numitoris filia duos. Itaque Amulius servo dicit ‘Cape duos pueros et in Tiberim flumen mitte. Puerorum mortem cupio.’ Servus pueros capit et ad flumen venit.

(8) Servus prope flumen stat et pueros diu spectat. Pueri rident. Servus Amulium timet: sed Numitorem amat. Itaque pueros non interficit. Eos prope aquam fluminis ponit, ibi relinquit. Tiberis flumen (nam flumina semper di sunt) pueros servat: aqua recedit, eos non interficit. Sed iam aliud venit periculum.

(9) Lupa catulos amittit et passim quærit. Voces puerorum lupa audit, ad eos venit. Deus fluminis lupæ furorem retinet: ea pueros non interficit, sed curat. Lupa pueris mater est. Pueri in lupæ antro diu habitant. Ibi tandem pastor eos invenit, et domum ad uxorem ducit. Itaque filii Numitoris filiæ inter filios pastorum habitant, et cum pastoribus in agris laborant.

(10) Sunt nomina puerorum Romulus et Remus. Multis post annis viri validi et fortes sunt: pastorum aliorum duces sunt. Mox inter pastores Amuli et Numitoris pugna est. Pastores Numitoris Remum capiunt et ad Numitorem ducunt. Tum Numitor Remum diu spectat et ita dicit: ‘Tu pastoris filius non es. Unde venis?’

(11) Remus respondit: ‘Lupa mater mea est: ex lupæ antro venio.’ Numitor mox omnia audit et filiæ filium agnoscit. Tum Romulus Remusque multos homines ad se vocant: Amulium oppugnant et interficiunt, Numitorem regem Albæ faciunt. Cives Albani Numitorem amant, factum fratrum approbant. Sed fratrum amicos non approbant: sunt enim servi fugativi, exules, pauperes, etiam latrones.

(12) Romulus igitur et frater aliam urbem non procul ab Albā ædificant.

Priori Remo augurium venisse fertur. sex voltuces: iamque nuntiatio augurio cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem sua multitudo consalutauerat: tempore illi praecepto, at hi numero avium regnum trahebant. Inde cum altercatione congressi certamine irarum ad caedem vertuntur; ibi in turbam ictus Remus cecidit. Volgatior fama est ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros; inde ab irato Romulo, cum verbis quoque increpitans adiecisset, "Sic deinde, quicumque alius transiliet moenia mea," interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus; condita urbs conditoris nomine appellata. (from Livy, I, 7)

Circum urbem muros validos aedificant. Urbs nova iis grata est. Sed pauci eorum uxores habent: nam homines aliarum urbium eos despiciunt.

Tum ex consilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit qui societatem conubiumque nouo populo peterent: urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci; dein, quas sua virtus ac di iuvent, magnas opes sibi magnumque nomen facere; satis scire, origini Romanae et deos adfuisse et non defuturam virtutem; proinde ne gravarentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere (from Livy I, 9)

(13) Festam diem instituit: nuntios ad cives aliarum urbium mittit, cenam et vinum promittit, omnes venire iubet. Cives Albani non veniunt, sed Sabinorum veniunt multi cum uxoribus et liberis. Romulus omnes benigne recipit. Primo sacrificium facit: deinde Sabinos ad cenam vinumque vocat. Omnes laeti sedent, edunt, rident, bibunt. Romuli homines permulti adsunt et ad ducem oculos vertunt.

(14) Subito Romulus signum dat. Statim Romani Sabinos oppugnant, non telis sed manibus. Feminas capiunt, viros ex urbe expellunt: interficiunt neminem. Nunc omnes uxores habent. Sabini ad urbem suam irati discedunt. Feminae lacrimant: sed Romani eas benignis verbis mulcent et dominas domorum suarum faciunt. Mox feminae viris, domibus, urbe Romam contentae sunt.

(15) Sabini Romanorum multitudinem et ferocitatem timent. Primo consilium nullum habent. Auxilium ab aliis urbibus petunt: sed aliae quoque urbes Romanos timent. Annus totus praeterit, consilium adhuc parant, nil faciunt. Tandem omnia parata sunt, et cum sociis arma capiunt et castra prope urbem Romam ponunt. Romani quoque arma capiunt: ex urbe procedunt, uxores domi relinquunt.

(16) Iamque Romani et Sabini inter se ferociter pugnant. Subito viri clamores femineos audiunt, et turbam feminarum ibi inter gladios attoniti vident. Romani uxores, Sabini filias et sorores agnoscunt. Simul feminae 'Pugnare desistite,' clamant. 'causa pugnae nulla est. Nos et patres et viros nostros amamus; et antiquam patriam et novam.' Nonnullae etiam parvos liberos portant, et patribus monstrant.

(17) Itaque omnes pugnae desistunt et in colloquium veniunt. Tandem pacem faciunt, et Sabinorum multi domos mutant et Romam habitant. Quod Roma urbs valida est, ex aliis quoque urbibus multi homines eo veniunt. Romanos non iam despiciunt: nomen Romanum magno in honore habent. Mox post Numitoris mortem Albani quoque se cum Romanis iungunt: civium Romanorum numerus iam maximus est.

(18) Romulus concilium senum facit et Senatum appellat. Senatores unam cum rege omnia consilia capiunt. Leges praeterea bonas Romulus facit, et diuites et pauperes leges servare docet. Et populo quidem imperium Romuli gratum est, senatoribus nobiles minus gratum. nobiles enim potestatem cupiunt. Multis post annis Romulus iam senex ab omnium oculis subito discedit. Corpus eius nemo invenit. Cives Romani eum postea tamquam deum colunt.

7) *Urbs eorum*: literally 'the city of them' i.e. 'their city'.

7) *Nomine Albam*: 'Alba by name'.

LIVY 1, 7

fertur: it is said

nuntiatio augurio: ablative absolute: 'the sign having been announced'

illi...hi: plurals of **ille** and **hic** referring to the followers of Remus and Romulus respectively

tempore...praecepto: i.e. 'on the ground of priority of time'

trahebant: claimed

certamine irarum: 'owing to the conflict of their passions'

ludibrio: in mockery

Remum novos transiluisse muros: accusative + infinitive after *fama est* 'that Remus had jumped over the new walls

cum... adiecisset: 'when he had added, chiding (him) also with words. *Sic...maenia mea* is the object of *adiecisset*

interfectum: agrees with *Remum* in the previous line.

potitus: from *potior*, 'obtain'

imperio: in ablative case after *potitus*

12) *Iis grata est*: *iis* is dative plural of *is*. Literally 'was pleasing to them'.

14) *Viris, domibus, urbe Roma*: ablatives after *contentus*.

Livy 1, 9

Misit qui...peterent: expresses purpose 'sent...in order that they might seek'

urbes...nasci: accusative + infinitive 'that cities are born'

quas...facere: accusative + infinitive: 'that those who...make'

ut cetera: 'as in other matters'

satis scire: supply *se* 'that they themselves knew'

deos adfuisse: accusative + infinitive *adfuisse* is perfect infinitive of *adsum* 'that the gods were present'

origini Romanae: dative after *adsum*

non defuturam virtutem: accusative + infinitive: 'that virtue (i.e. valour) would not fail'

ne gravarentur: 3rd person negative imperative 'let them not be reluctant'

15) *Adhuc*: 'still'.

16) *Attoniti*: agrees with *virii* in previous line.

16) *Et...et*: 'both...and'.

17) *Eo*: 'there, thither'.

18) *Senum*: genitive plural of *senex* 'old man'.

18) *Unā*: 'together'.

18) *Populo...gratum*: *gratum* is neuter here because it agrees with *imperium*

E PHÆDRI FABULIS

(IV. 3) The Fox and the Grapes

Famē coacta vulpes altā in vineā

uvam adpetebat summis saliens viribus:

quam tangere ut non potuit, discedens ait:

'nondum matura est; nolo acerbam sumere.'

qui facere quae non possunt verbis elevant,

adscribere hoc debebunt exemplum sibi.

Vulpes coacta fame adpetebat uvam in alta vinea, saliens summis viribus.

Ut non potuit tangere uvam, discedens ait: 'Nondum matura es; nolo sumere acerbam.'

Debebunt adscribere hoc exemplum sibi qui verbis elevant haec, quae non possunt facere.

1. **Famē** is being treated as a fifth declension noun and is the ablative case . **Coacta** agrees with **vulpes**. **Vinea** normally means *vineyard* but here means *vine*.
2. Translate **uvam** as if plural. For **adpetebat** look for **appetebat**.
3. **Quam** agrees with **uvam** in previous line.
4. Understand **uvam** with **Acerbam** *unripe, bitter*
5. The natural word order is **qui elevant verbis quae non possunt facere**. **Elevant** here means *disparage*. **Quae** is neuter plural.
6. **Adscribere** is a commercial metaphor. The literal meaning is *to enter in the day book to one's credit*. Here it means *to apply*

(I. 21)The Lion Prostrate

Quicumque amisit dignitatem pristinam,

ignavis etiam iocus est in casu gravi.

Defectus annis et desertus viribus

leo cum iaceret spiritum extremum trahens,

aper fulmineis ad eum venit dentibus

et vindicavit ictu veterem iniuriam.

Infestis taurus mox confodit cornibus

Hostile corpus. Asinus, ut vidit ferum

impune laedi, calcibus frontem extudit.

At ille expirans: 'Fortes indigne tuli

mihi insultare: te, naturae dedecus,

quod ferre cogor, certe bis videor mori'.

Quicumque amisit pristinam dignitatem, in gravi casu est iocus etiam ignavis.

Cum leo, defectus annis et desertus viribus, iaceret trahens extremum spiritum, aper venit spumans fulmineis dentibus, et vindicavit veterem iniuriam ictu.

Mox taurus confodit hostile corpus infestis cornibus. Asinus, ut vidit ferum laedi impune, extudit frontem calcibus.

At ille expirans: 'Indigne tuli fortis insultare mihi; Naturae dedecus, quod cogor te ferre, certe videor mori bis.'

1. **Amisit** is the perfect tense of **amitto** which here means *lose*. **Pristinam** here means *which once he had*
2. **Ignavis** is dative plural
3. **Defectus** is from **deficio** and here means *exhausted*. **Viribus** is ablative plural of **vis** which means *bodily strength* when used in the plural. The ablative case is used after a word expressing emptiness.
4. **Cum** means *when* as the sense of the verb is the imperfect tense.
5. **Fulmineis** means *lightning like* referring to their speed, force and gleam
6. **Ictu** is ablative of **ictus**
7. **Confodit** is perfect tense of **confodio**. Here it means *stabbed*. **Infestis** agrees with **cornibus** and here means *at rest*, i.e. with horns lowered for charging.
8. Both **hostile corpus** and **ferum** refer to the lion
9. **Laedi** is the passive infinitive of **laeso injure**. **Extudit** is the perfect of **extundo** *beat out*
10. Understand **dixit** after **ille**. **Indigne tuli** means *I deemed it unworthy*. **Fortes...insultare** is the accusative+infinitive construction.
11. **Dedecus naturae** means *nature's fool* and refers to the ass.

12. **Quod ferre cogor** translate *in being obliged to bear this*.

The metre of both these poems is **Senarian Iambic**. Each line is divided into six feet, usually of two syllables, and usually with a cæsura after the first syllable of the third foot. Each foot is normally either an iambus (~ ¯) or a spondee (¯ ¯)

ex **ENCOMIO EMMÆ REGINÆ**

a monacho Flandrico qui non notus est circa MXLII A.D.

[16] Omnibus itaque rite dispositis nil regi defuit absque nobilissimā coniuge; quam ubique sibi iussit inquireri, ut inventam hanc legaliter acquireret, et adeptam imperii sui consortem faceret. Igitur per regna et per urbes discurretur, et regalis sponsa perquiritur; sed longe a lateque quæsitā, vix tandem digna repperitur. Inventā est uero hæc imperialis sponsa in confinitate Galliae et præcipue in Normandensi regione, stirpe et opibus ditissima, sed tamen pulchritudinis et prudentiæ delectamine omnium eius temporum mulierum præstantissima, utpote regina famosa. Propter huiuscemodi insignia multum appetebatur a rege, et pro hoc præcipue quod erat oriunda ex victrici gente, quæ sibi partem Galliae vindicaverat invitis Francigenis et eorum principe.

Quid multis immoror? Mittuntur proci ad dominam, mittuntur dona regalia, mittuntur etiam verba precatoria. Sed abnegat illa, se unquam Cnutonis sponsam fieri, nisi illi iusiurando affirmaret, quod numquam alterius coniugis filium post se regnare faceret nisi eius, si forte illi Deus ex eo filium dedisset. Dicebatur enim ab aliā quādam rex filios habuisse; unde illa suis prudenter providens scivit ipsis sagaci animo profutura præordinare. Placuit ergo regi verbum virginis, et iusiurando facto virgini placuit voluntas regis, et sic Deo gratias domina Emma mulierum nobilissima fit coniunx regis fortissimi Cnutonis. Lætatur Gallia, lætatur etiam Anglorum patria, dum tantum decus transvehitur per æquora.

Lætatur, inquam, Gallia, tantam tanto regi dignam se enixam, Anglorum vero lætatur patria, talem se recepisse in oppida. O res millenis milies petita votis, vixque tandem effecta auspicante gratiā Salvatoris! Hoc erat quod utrobique vehementer iam dudum desideraverat exercitus, scilicet ut tanta tanto digna etiam digno, maritali convincolata iugo, bellicos sedaret motūs. Quid enim maius ac desiderabilius esse posset in votis quam dampnosos ingratosque labores belli placidā finiri tranquillitate pacis, cum pares paribus vi corporis virtuteque animi concurrerent, cumque nunc hi nunc vero illi alternanti a casu belli non sine magno detrimento sui vincerent?

Omnibus ... dispositis: ablative absolute ‘With everything having been duly settled’

regi: *desum* takes the dative case.

adeptam: past participle of *adipiscor*

delectamine: not found in Classical Latin. *Delectamentum* would have been used instead.

huiuscemodi: of this kind

suis: here means ‘for her own offspring’

profutura: future participle of *prosum*

iusiurando facto: ablative absolute ‘an oath having been sworn’

virginis: Translate as ‘young woman’. Emma was already a widow with children

tantam tanto regi dignam se enixam: Translate in this order *se enixam tantam dignam tanto regi*. This is

indirect speech ‘that she (i.e. Gaul) had brought forth so great (a lady) worthy of so great a king’

auspicante gratiā: ablative absolute. Both words are being used in a Christian rather than a classical sense, something like ‘with the favouring grace’

tanta tanto: ‘so great (a lady) to so great (a man)’

sedaret: subjunctive after *ut* in previous line ‘that so great ... should settle warlike disturbances’

posset in votis: here means something like ‘could be wished for’

dampnosos ... finiri: accusative + infinitive ‘that the accursed and unwelcome sufferings of war could be finished by the tranquillity of peace.’

nunc hi ... illi: ‘now one side, now the other’

alternanti a casu belli: ‘by the changing fortunes of war’

e Guidonis Ambianensis Episcopi
CARMINE DE HASTINGAE PROELIO

- 445 Dux, ubi perspexit quod gens sua uicta recedit,
Occurrens illi signa ferendo manu
Increpat et cedit; retinet, constringit et hastā.
Iratu, galeā nudat et ipse caput.
Vultum Normanni dat, uerba precantia Gallis.
- 450 Dixit, 'Quo fugitis? Quo iuuat ire mori?
Que fueras uictrix, pateris cur uicta uideri
Regni terrarum Gallia nobilior?
Non homines set oues fugitis, frustraue timetis;
Illiud quod facitis dedecus est nimium.
- 455 Est mare post tergum; maris est iter ad remeandum
Pergrauē, quod uobis tempus et aura negat.
Ad patriam reditus grauis est, grauis et uia longa;
Hic uobis nullum restat et effugium.
Vincere certetis, solum si uiuere uultis.'
- 460 Dixit, et extimplo serpit ad ora pudor;
Terga retro faciunt; uultus uertuntur in hostes.
Dux, Ut erat princeps, primus et ille ferit;
Post illum reliqui feriunt, ad corda
Vires assumunt reiciendo metum.
- 465 Vt stipule flammis pereunt spirantibus auris,
Sic a Francigenis, Anglica turba, ruis.
Ante ducis faciem tremefactum labitur agmen,
Mollis cera fluit ignis ut a facie.
Abstracto gladio, galeas et scuta recidit;
- 470 Illius et sonipes corpora multa ferit!

445 *quod gens ... recedit* Classical Latin would acc.+ inf. Construction here (*gentem suam victam recedere*)

446 *illi* refers to *gens* in 445

447 *cedit* strikes

449 *uerba precantia* accusative plural after *dat*

450 *iuuat* here means 'want'

451 *Que = quae* refers to *Gallia* in line 452

453 *set = sed*

456 *quod* because *negat* translate as 'is against'

459 line has the implication 'you must strive if you want even to survive'

460 *ora* plural of *os* 'face', refers to the French

462 *primus et ille ferit* 'he struck the first blow'

464 *reiciendo* gerund in ablative case 'by throwing'

465 *spirantibus auris* ablative absolute 'with the wind blowing' not connected with *flammis* 'in flames'

467 *agmen* i.e. the enemy army

468 *ignis* is genitive case

469 *abstracto gladio* ablative absolute 'the sword having been drawn'

470 *sonipes* 'horse'

Illuxit postquam Phebi clarissima lampas

Et mundum furuis expiat a tenebris,
 Lustravit campum, tollens et cesa suorum
 570 Corpora, dux terre condidit in gremio.
 Vermibus atque lupis, auibus canibusque uoranda
 Deserit Anglorum corpora strata solo.
 Heraldus corpus collegit dilaceratum,
 Collectum texit sindone purpureā;
 575 Detulit et secum, repetens sua castra marina,
 Expleat ut solitas funeris exequias.
 Heraldus mater, ' nimio constricta dolore,
 Misit ad usque ducem, postulat et precibus,
 Orbate misere natis tribus, et uiduate,
 580 Pro tribus, unius reddat ut ossa sibi,
 Si placet aut corpus puro preponderet auro.
 Set dux iratus prorsus utrumque negat,
 Iurans quod potius presentis littora portus
 Illi committet, aggere sub lapidum.
 585 Ergo uelut fuerat testatus, rupis in alto
 Precepit claudi uertice corpus humi.
 Extimplo quidam, partim Normannus et Anglus,
 Compater Heraldus, iussa libenter agit.
 Corpus enim regis cito sustulit et sepeliuit;
 590 Imponens lapidem, scripsit et in titulo:
 'Per mandata ducis rex hic Heraldus quiescis,
 Vt custos maneat littoris et pelagi.'

569 *lustravit* 'surveyed' *cesa* = *cæsa*

570 *terre* = *terræ*

571 *voranda* gerund 'to be eaten'

572 *deserit* the subject is *dux* in line 570

576 *expleat ut* = *ut expleat* 'so that he might complete/perform'

579 *orbate ... viduate* = *orbatae ... viduatae* both datives referring to *mater* in line 577

581 *preponderat* = *præponderat* 'weigh against'

583 *potius* = *potius* *presentis ... portus* both genitives 'the shores of that very port'

585 *rupis in alto* *alto* agrees with *vertice* on the next line.

586 *claudi* passive infinitive

589 *corpus* is accusative here

Metre: elegaic couplets as in Martial's *Epigrammata*

hexameter

- ∪ ∪ / - ∪ ∪ / - // ∪ ∪ / - ∪ ∪ / - ∪ ∪ / - ∪
 - - / - - / - // - / - - / - ∪ ∪ / - ∪

pentameter

- ∪ ∪ / - ∪ ∪ / - // - ∪ ∪ / - ∪ ∪ / -
 - - / - - / - // - ∪ ∪ / - ∪ ∪ / -